

et ordinis pulchritudinem quam
dam armoniam que debet esse in
vniuerso celi. Et enim quoddam
corpus quod a nullo lumine reci-
pit: sed alteri infundit sicut sol.
Et aliud quod recipit a nullo in fun-
dit sicut terra. et ideo ut richmus et
armonia esset in vniuerso: oportet
quod esset tertium. scilicet quod recipi-
at et infundat sicut luna. Iste autem
triplex ordo remouebitur. et ideo lu-
na id est ecclesia tunc non immerito
obscurabitur. Tunc enim re-
mouebitur omnis pulchritudo et
ordinatio scilicet quando antipri-
stus exaltabitur et christus humili-
abitur. Ecclesiast. x. Vidi stultum
positum in dignitate sublimi diui-
tem sedere retrosum. Tunc etiam
remouebitur mutua subministra-
tio. quia omnes diligunt propriam
utilitatem et non fratrem caritatem.
p. iij. In nouissimis diebus instabunt periculo-
sa tempora. et erunt homines seip-
sos amantes. Math. xxiii. Quo-
niam abundabit iniquitas: refrige-
scent caritas multorum. Tunc
autem remouebit obedientie sub-
iectio. quia tunc regna et imperia
discedent ab obedientia ecclesie.
et a fide. Thimo. v. In nouissimis
diebus aliqui discedent a fide. Cri-
stomus. Sicut homo circa mor-
tem multas patitur fantasias: sic
similiter mundus in exitu multos
patiet errores. Tercium signum est
quod stelle cadent de celo: si non videtur
hoc esset: cum earum substantia sit

incomparabilis. Et secundum origenes
multe earum sunt maiores terra.
et ideo eas capere non possent. Sed
dicendum quod stelle tribus modis
accipiantur. scilicet proprie simi-
litudinarie. et transumptiue. In
quantum enim accipiuntur pro-
prie dicuntur cadere dupliciter.
Uno modo igneas comas emit-
tendo quia omnia sidera stationa-
ria et erratica de se magnas comas
emittunt in mundum ut scilicet vi-
cium aduentum in diuisis stremit
inducunt. Alio modo lumen retra-
hendo. Per aliquos enim dies an-
te iudicium lumen suum retrahet
ut minime videant. Job. xix. quar-
to. Stelle retraherunt splendorem
suum. Stelle autem similitudina-
rie sunt quedam impressiones et
condensationes in aere generate
que tunc frequenter per aerem dis-
current: ad terrorem malorum.
Sapientie quinto. Abunt directe
emissiones fulgurum. Stelle ve-
ro transumptiue dicte sunt san-
cti. Multi enim qui tunc sancti vi-
debuntur: de celo id est de sancta
matre ecclesia cadent. Legimus
enim stellas cecidisse per tria. scilicet
per caudam draconis. ut ha-
betur. Apocalip. decimo tertio. Per
terre motum. Eiusdem septimo.
per cornu. Et eiusdem octauo. An-
tipristus quosdam decipiet per
miraculorum suorum subtilis ope-
rationem. et istos trahere debet per
caudam suam. Sicut etenim cau-
da operit siue tegit turpitudinem